Philippi Beroaldi de felicitate opusculū.

Venditur in leone Argenteo vici sancti ia cobi.

D8
Tr. R.
879
B5321F

D8
B5221F
1500

AD ILLVSTREM MARCHIONEM IACOBVM Badenſem Philippi Beroaldi Bononienſis Epiſtola.

SOleo ipſe mecum Illuſtris Marchio cū primis admirari iuuenes illos: qui nobilitate ſplēdentes/ opibus pollentes/ in gremio luxuriantis fortunæ molliter educati litteras tamē non aſpernant: Nec eruditos/ eruditorūq; cōſuetudinē faſtidienter illudunt: Adeo bona mens bonaq; fortuna rarenter copulātur. quotus enim quiſq; ex globo nobiliorū eloquētiæ ſtudet? quotus quiſq; aut eruditus eſt aut eruditionis affectator? Econtrario cōpluſculos videas De opulentioribꝰ loquor: qui vbi occeperint adoleſcenturire ſe totos dedant beluinis voluptatibus: qbus litteratorū gymnaſiū carcer eſt: Doctrina ſupplicū: qui ſpretores ſunt ſtudiorū: oſores ſtudioſorum: Tu vero clariſſime Iacobe in ampliſſimis fortunarū bonis poſitꝰ imperatorio ſtēmate prefulgens: inter opes principales indulgenter enutritus iuuenis imo adoleſcens adhuc/ Studia litterarū ſitienter amplexaris. Doctos foues. Dasq; iugiter operā: vt Natalium tuorum ſplendor eruditione magis magiſq; illuſtretur. Veniſti nō pridem vna cum duobus clariſſimis fratribus ad gymnaſium hoc noſtrū: vt ingenium ingenuis diſciplinis excoleres ordinēq; ſcholaſticorum: immo ipm vt verius loquar gymnaſiū exornares: nā cum cæteri ferme ſcholaſtici ex gymnaſio litterario ornamēta quęrere ſoleāt: tu ipſi gymnaſio maxio es ornamēto honeſtamētoq;. Degis hic nitide & magnificenter famulicio copioſo/ comitatu decentiſſimo: cultu ſplendidiſſimo monſtrabilis: Adeo vt nullus annos abhinc plurimos fuerit in ordine ſcholaſticorum te vno magnificentior illuſtriorq;. Agis prorſus principem Maximiq; principis filiū: Nihil prorſus degenerans a claritudine natalium. Tibi pater eſt illuſtriſſimus Marchio Badenſis Chriſtophorus Auguſtiſſimi Romanorū imperatoris Federici. iii. ex ſorore nepos: q animi magnitudine virtutiſq; pręſtantia cæteris totius germanię principibus haud dubie ātecellit: ſine quo nihil memorabile per hoſce annos ab inclytiſſimo Maximiliano geſtū eſt: cui ducatus bellici primæ partes conſenſu germanorum deferuntur: Apud quos fortiſſimi principis nomen meritiſſimo aſſecutus eſt. Quid memorem proſapię tuæ Badenſis vetuſtatē? In qua cōpluſculi rerū geſtarum claritudine fulſerunt: in qua Archiepiſcopi nō pauci floruerunt: quos Romani Imperatoris electores primarios legitimoſq; extitiſſe nemo nō nouit. Quid referam ciuitatem Badēſem: in qua Badenſis familia diutiſſime eſt dominata: Inclytam famigeratāq; cenſeri inter latiſſimæ germaniæ ciuitates? quę haud lōge a Rheno inter amnes memoratiſſimos ſita duarū

Laus marchionis Iacobi.

Laus marchionis patris.

Laus familiæ Badenſis.

P72446

arcium munitionibus prope inexpunabilis conſpicitur: vbi thermæ ſunt ſalutares: vbi ſcriptio vetuſtiſſima litteris iam ſenio exoleſcentib⁹ indicio eſt: Antōinū romanū imperatorē illius vrbis conditorem extitiſſe. Illud ſilenter preterire nec volo nec poſſum: Te mi Iacobe tranſmontanorum Nobiliſſime Nexu ſanguinis ac neceſſitudinis arctiſſimo coherere ſacratiſſimo Imperatori Maximiliano: qui deus eſt terrenus: Cui vel notū eſſe tantūmodo ſummus eſt honor. Hęc ſtēmata tā clara: tam ſplendida non te inſolentem reddunt vt multos: Sed comē affabilemq; præſtant vt paucos ſitientēq; litteraturæ iſtius politioris: Cuius nos iám pridem ſum⁹ profeſſores. Et cū domi habeas eruditos voluiſti tamen noſtræ: quātulacunq; eſt: eruditionis guſtum libamen taq; attingere: Voluiſti vt domus tua noua quaſi quędam me Doctore ac doctore academia efficereī: In qua quotidie reſonat aliquid dignuz memoratu. Ex quo effectum eſt: vt te monitore diſertationem quāpiā publico a me auditorio de felicitate peroratam redegerim i libellum: quem in præſentia tibi Illuſtris Marchio Iacobe nuncupatim dedico: tuoq; ſub nomine conditum depromo. libellus eſt concinna breuitate cohibilis: eſt rerum varietate vt opinor non pœnitēdus. Vt autem meus erga te amor ac obſeruantia fieret teſtatior vulgatiorq;: Eum im preſſoribus tradidi imprimēdū: A quibus in mille exemplaria trāſcriptus Nomen tuum meumq; latiſſime circūferat. Quicquid id eſt quātulūcunq; eſt: quæſo hilari vultu & ſerena fronte ſuſcipias. munuſculum eſt chartaceum & oppido puſillum: Sed quo priceps ab homine litterato precioſius accipere non poſſit. Dii faxint vt id ſit perpetuum meæ erga te obſeruantiæ monumentum. Vale vir dariſſime / et meq; tibi mancipatus ſum: In numerum tuorum aſcribito.

Propiquitas Marchiōis cū Maximiliano.

VALE.

Oratio Philippi Beroaldi Bononiensis de felicitate: habita in enarratione Georgicon Virgilii & Columellę.

MAGNA RES EST VIRI ORNATISSIMI: & omnibus horis omniū votis expetita felicitas: huc tēdunt cunctorū vota mortaliū: hæc est summa curarū: hæc est summa rerū expetēdarū. Felicitate terminantur nostra desideria. Cui felicitas adest huic nihil prorsus deest. Inueniuntur qui regna non optent: qui vero felicitatem repudiet nullus existit: Nemo enim non felix esse vult: nemo non felicitatem summū bonorum esse consentit. Quocirca de felicitate humana tanq̄ de rerum omnium maxime expetibili maximeq; expetenda hodierno die disertare constituī: Et in hac disertatōne Ex latissimo pratorum virore floscules non paucos hinc inde decerpere. Quorum odoratu olfactātes recreentur. Audiui olim ecclesiasticos cōcionatores: non paruæ in ecclesia existimationis super felicitate cōcionantes. Sed tam implicata/ tā spinosa tam incōdita erant quæ dicebantur: vt in prędicanda felicitate infelices fuisse merito iudicarentur: Nos ista lucide dicemus: & historica fide tractabimus. partim oratorio partim philosophico more: Memorantes exempla ad felicitatem pertinētia: & veterum philosophorum sententias non incuriose pensitantes: Sed ne longiori q̄ par sit exordio vos morer iam rem propositam ingrediemur. Et de felicitate verbis opinor non infelicib⁹ latialiter disputabimus: quod dum a me fit vos quæso diligenter attendite: nec m⁹ auribus q̄ animis verba perpendite.

Dicturi de felicitate hodierna narratione. Primum finiam⁹ quid sit ipsa felicitas: Cuncta enim per finitionem apertiora fiunt ac magis colliquescunt: Est itaq; felicitas: vt inquit augustinus in. v. de ci. dei. oīm rerum optandarum plenitudo: vel vt ait Boetius in tertio consolationis: Beatitudo est status omnium bonorū congregatione perfectus: Aristoteles in primo ethicorum decernit felicitatem esse finem rerū expetendarum: Cętera propter felicitatē expeti: felicitatem vero propter se ipsam. Sed de hac felicitate: quæna ea sit dissentiūt/ nec vulgus sapiētesq; concordant: Immo nec ipsi philosophi inter se conueniunt. Diffinitio felicitatis

Disputantes enim de finibus bonorum & malorum varias sententias prodiderunt: Constituto autem fine bonorum cōstituta sunt omnia: Hūc ergo curiosi⁹ disquiram⁹: Quibusdā nihil bonū nisi voluptatem eē placet vt epicureis: quibusdā nihil bonū nisi honestū: vt stoicis Finis bonorū vestigandus.

Hieronymus summum bonum esse autumat vacuitatem sine indolētiā: q̄ greco vocabulo απαλγησια nūcupatur: Carneades acade- Indolētia.

micus nihil bonum esse censebat nisi prima naturæ. hoc est sanitatem/ robur/ pulchritudinem: & alia id genus.

Dinomachus & Calipho voluptatem cum honestate dixerũt esse summum bonum.

Diodorus indolentiam honestati copulauit.

Alii in gloria: alii in diuitiis alii in potentia summũ bonũ ipsamq; felicitatem collocauerunt. quidam in ocio: non pauci in vita rusticana

Tria genera bonorũ

Academici vero id est platonici: & peripatetici id est aristotelici: qui philosophorũ haud dubie nobilissimi sũt: tria genera bonorũ esse tradiderunt: Ex quibus felicitas perficeretur. Prima animi bona vt virtutes: Secũda corporis vt valitudinem. & pulchritudinẽ. Tertia externa. quæ fortunæ ascribuntur: vt diuitias & honores.

Nunc videamus ex his quid sit verius nobiliora fauorabiliora q; haud q̃q̃ sõniculose pensitantes trutinantesve.

Felicitas donũ deorum.

Ecclesiastici doctores sũmũ bonũ esse dixerunt vitam eternã: sũmũ malum mortẽ eternã: Sed nos in præsentia de humana felicitate differamus: quę vt inquit Aristoteles donum est deorũ: ad quã cuncti mortales peruenire discupiunt: q̃uis diuerso tramite procedãt: Et q̃uis variæ dissidentesq; sententiæ sint: tamen omnes in deligendo boni fine hoc est felicitate consentiunt.

Voluptas Aristippi.

An voluptas sit summa felicitas.

Aristippus vt hinc exordiamur conditor sectæ cyrenaicæ voluptatem statuit esse summũ bonum: Et ita voluptate metitur ipam felicitatem: In hanc sententiã agminati pedibus eunt docti pariter & indocti. Et enĩ mortales eo concurrũt. vt inquit verissime Seneca: vbi audiant laudari voluptatẽ. nec fortassis immerito. Nãsi teste Aristotele id bonum est quod omnia appetũt: omia autẽ appetũt voluptatẽ: effici videtur: vt voluptas sit id bonum.

Eudoxus quoq; philosophus astrologiæq; consultissimus ac Platonis oppido q̃ familiaris: de quo Lucanus.

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

Sententia Eudoxi de voluptate

Voluptatẽ ex eo summũ bonũ esse putabat: quia cernebat rationalia irrationaliaq; vniuersa voluptatẽ affectare: Huius autẽ rationes ꝓbabiles videbãtur ob ipsius hois modestiã ac probitatẽ: Nõ enĩ vt voluptatis amicus voluptatẽ asserere credebaẽ. Sed quia res vere ita se haberet: Nec minus manifestũ hoc eẽ ex cõtrario censebat. Et enĩ cũ cõtrariorũ contraria sint cõsequentia: Si dolor est inquit per se oĩb⁹ fugiẽd⁹ tanq̃ summũ malũ: Ita voluptas oĩb⁹ erit expetẽda tãq̃ summũ bonũ

Contrariorum cõtraria ꝓña

Epicurus voluptarius.

Hæc oĩa manarũt ex schola Epicuri philosophi voluptarii: q̃ involuptate summũ bonũ felicitatẽq; cõstituebat. Habet hæc secta sectato

res pene ifinitos: quorũ vt inqt Apostol⁹ De⁹ vẽter ẽ: & q̃ subvẽtre sũt.

Hinc Philoxenus summũ bonũ collocans in voluptate gustatus. Dictũ Philoxeni.
γεράνου λαρυγγα ευχετο εχειν. id ẽ optabat sibi dari gruis collum vt videlicet diutius illa voluptate bibendi edendiq; frueretur.

Hinc Sardanapalus Assyriorũ rex gulæ & ventri deditissimus: natusq; belluationi: scripsit in epitaphio: se illa tantũ habere q̃ edisset: & quę per libidinẽ expletã percepisset. Verba eius hæc sunt inscripta monumento. Ede. bibe. lude. & cũ te mortalem noris presentibus explebe. Delitiis animum. post mortem nulla voluptas. Epitaphium Sardanapali.

Nãq; ego sum puluis: qui nuper tanta tenebam.
Hæc habeo quæ edi quæq; exaturata libido
Hausit: at illa manent multa & prędara relicta.
Hoc sapiens vitæ mortalibus est documentum.

Hinc Xerses ille maximus persarum rex repertori nouę voluptatis constituit pręmium. Xerxes.

Claudius Tiberius nero tertius Cæsarũ nouũ instituit officiũ: qd' a voluptatibus dicebatur: qui propter nimiã vini auiditatem, p tiberio biberius. p claudio caldius. pro nerone mero vocitabatur: qui noctes continuumq; biduum epulando bibendoq; consumpsit. Officium a voluptatibus Biberius mero.

Quid memorem ingluuiem vitellianam: Heliogabali & Galeni imperatorum multorumq; aliorum asotiam & luxum: qui omnes mancipati fuerunt abdomini. vt pote helluones & gulones maximi: quales græco vocabulo Asoti nuncupantur: de quibus. Marcus Tullius libro secundo de finibus: nolim mihi fingere asotos: qui in mẽsam vomant. Idem ait asotos esse de patella. Asoti qui

Quid multa? inuentæ sunt ciuitates & populi vniuersi: qui voluptatem hanc veluti summum bonum amplexarẽtur: quales fuere Melisii Sibaritæ. & Tarentini.

Olim melisii luxu diffluentes eiecerunt e ciuitate Hermodorum virum clarissimum: quia frugalitatis & modestię erat amator. Dixerunt enim nemo apud nos frugi sit: nemo vn⁹ excellat: Apud græcos & maxime apud Aristophonem in pluto vulgatum est prouerbium de milesiis. ΦΟΤΕ ΗΣΑΝ ΑΛΚΙΜΟΙ ΜΙΛΗΣΙΟΙ. olim fortes fuere milesii: tãq; luxuria & nequitia omne robur virilitatis perdidissent. Nemo apud Milesios frugi. Sibaritis frugalitas odiosa

Sibaritæ vero in Italia; quibus vt indicat Quintilianus in tertio. odio erat frugalitas: adeo delitiis & luxuria intemperãtes diffluebant: voluptatem veluti deã amplexantes: vt intra dies septuaginta a Crotoniatis deleti sint: Refert Heli⁹ lampridius Sibaritas eo ãno quo perierunt repperisse obsonium ganeatum ex oleo & garo: quem Sibariticum missum appellant: quo cũ primis delectatus est Heliogabalus. Sibaritic⁹ missus

Tarentini: vt nomẽ ipsum indicat: molles delicatiq; supra cunctos mortales fuerunt: Nãq; tarentũ sabinorum lingua molle significat: vt docet Macrobius in tertio saturnaliũ. vnde tarentinos dici putat. M. Varro: quã in sententiã ire videri potest Orati⁹ cũ ait. Et molle tarẽtum.

Non me prẽterit Etymon nominis tarentinorũ aliud deduci apud scriptores idoneos: Apud tarentinos autẽ delitiæ & voluptates illicibiles in tantũ inualuerũt, ppter fortunas nimiũ secundas: vt plures ludos festasq; celebritates: q̃ reliquos ãni dies agerẽt vt auctor est Strabo Prçaerea ficuti tradit Plutarch⁹ Balneis. puiuiis. Gymnasiis tarẽtini indulgebant: Potum & lasciuias & id genus genilia immodice percolentes: ex quo fluxit illud satyrici poetæ.

Atq; coronatum & petulans madidumq; tarentum.

Possem infinita prope cõgerere de vita voluptaria hominibusq; voluptariis: qui hoc fine voluptatẽ metiunt: sed occurrendũ est auriũ satietati. verũ quod citra fastidiũ sit: Solent philosophi: qui voluptatem per se ipsam tanq̃ summũ bonũ putant appetendã: verbis pingere tabulam quãdã: In qua voluptas in sella regali: quasi quędam regina cõsideat: eiq; virtutes veluti famulę subiiciantur obseruantes eius nutum vt faciant quicquid illa imperauerit.

voluptas in solio vt regina

Illud quoq; adde quod voluptates multę sunt & multifarię: aliq; honestę: aliq; turpes. Alia est voluptas equi: alia canis: alia asini: alia hominis. vnde illud heracliti: ονουσ συρμασα ανελεσθαι μαλλον ηηχρυσον: ηδιον γαρ χρυσου τροφηνοισ id est asinos magis stramina optare q̃ aurũ. Dulcius est eni alimentum asinis q̃ aurum

Multiiugę voluptates

Dictum Heracliti.

Voluptatem non esse summum bonum.

Sed profecto non videtur esse conueniẽs atq; decorũ: vt summum in homine bonũ idẽ sit quod est in pecore & in brutis animãtibus. Ad maiora enim genuit nos natura: vt inquit orator arpinas: vt auctor est Seneca in quęstionibus. Ob aliud profecto nati sumus q̃ vt cibum pectumq; percolamus: Aristoteles in. vii. Ethicorum hic probat voluptatem non esse summũ bonũ: quoniã inquit voluptates impediunt prudentiam: & quanto maiores sunt tãto magis obnubilant: qd' in aphrodisiis id est in rebus venereis patet: Nemo enim dũ veneri operatur perspicere mente quicq̃ potest. Plato quoq; deus ille philosophorum ex hoc ostendit voluptatem non esse summum bonorum: quoniam addito inquit alio bono fit expetibilior: q̃ si sola sit: Summum autem bonum nullo additamento cumulari potest: id enim est summum cui nichil adiici potest: quod absolutum & ex omni parte consũmatum est.

Aliud i homine bonũ q̃ in pecore

Plato de⁹ phorum.

Præterea summum bonum nunq̃ in malum verti videt posse: atq; sæpe ex voluptate mala proueniunt. & merores subsequetur: vt enim

græco vocabulo testatum est. ΗΔΟΝΗ ΑΔΕΛΦΗ ΕΣΤΙΝΗ ΛΥΠΗ. hoc est voluptati soror est tristicies: ex quo exiit illud plautinum in amphitrione. Ita diis placitum: voluptati vt mœror comes subsequatur. Voluptati soror tristitudo.

Quædam sunt voluptates: quas ob turpitudinem occultamus: qđ autem summum bonũ est id occultari non debet: & si solerter pensitauerimus: non potest voluptas ventris & coitus esse sũma felicitas: cuz sæpe causa sit ęgritudinum: morbi enim vt inquit diuus Hieronimus aduersus Iouinianum saturitate nimia concitantur: & multi quod turpiter ingesserunt turpius egerũt. Hippocrates quoq; maximus medicorum docet crassa & obesa corpora in paralysim & pessima morborũ genera erumpere: nisi cita missione sanguinis minuãt: vnde & athletæ quorum vita & ars sagina est: vt inquit Galenus doctissimus Hippocratis interpres diu viuere non possunt. nec diutina perfrui valitudine quorum mentes adipibus inuolutę, nihil sublime nihil tenue possunt cogitare: Nam vt ait Hieronymus: pinguis venter non gignit sensum tenuem. Morbi ex saturitate. Hippocrates maximus medicorum Galen⁹. pi guis vẽter nõ gignit sensum tenuem

Anneus Seneca seuerissimus vitiorũ castigator perorãs in voluptatem gulonũ sic scripsit prope diuinitus. Inde inquit pallor ẽ & neruorum vino madentium tremor. & miserabilior ex cruditatibus q̃ fame macies. Inde incerti labentium pedes: & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio: inde intra cutem humor admissus: distentusq; venter: dum male assuescit plus capere q̃ poterat. Inde suffusio luridæ bilis & decolor vultus. tabesq; in se putrescentium. & retorti digiti articulis ob rigescentibus: neruorũ sine sensu iacentiũ torpor: aut palpitatio corporũ sine intermissione vibrantium. quid capitis vertigines dicam: qd oculorum auriũq; tormenta & cerebri ęstuantis verminationes: & omnia per q̃ exoneramur internis vlceribus affecta. Innumerabilia præterea febrium genera. aliarum impetu subeũtium. aliarũ tenui peste repẽtiũ aliarum cũ horrore & multa membrorum quassatione venientium: Quid alios referã imnũerabiles morbos supplicia luxuriæ: hec doctissimi & perinde sanctissimi viri verba: quem nõ ex belluonibus istis ruborę suffundant: quem non reuocent a voluptate pestifera: quę tot malorum mater est atq; fomentum. Mala ex ingluuie. Verminationes cerebri.

Critolaus peripatetic⁹ malũ esse voluptatẽ ait & multa alia mala parere ex sese/ videlicet: iniurias. defidias obliuiones ignauias. Critolaus.

Antisthenes socraticus philosophus dixit voluptatem esse summum malum. Eius nãq; hoc verbum est. Antisthenes.

ΜΑΝΕΙΗΝ ΜΑΛΛΟΥΗ Η ΣΘΕΙΗΝ id est insanirem potius q̃ oblectarer. In morsum voluptuosorum dixit Oratius. Oratius Silius

Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas. apud Silium in

xv. punicorum. Virtus voluptatem incessit Conuitio hoc obiurgatorio & graui.

Quippe nec ira deum tantum nec tela nec hostes:
Quantum sola noces animis illapsa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes: tibi luxus: & atris
Circum te semper volitans infamia pennis.

Aristoteles. Aristoteles in tertio ethicorum voluptates gustus & tactus ait esse bel luinas.

Hippocrates. Hippocrates ꝓdidit ΤΗΝ ΣΗΝΟΥΣΙΑΝ ΕΙΝΑΙΜΙΚΡΑΝ ΕΠΙΛΗΨΙΑΝ id est coitum esse leuē morbum comitialem.

Coit⁹ leuis epilepsia Democritus venerē dānauit: in qua homo exiliret ex homine.

Græci eos q duabus his pecuniis voluptatibus sese totos dediderūt appellant vocabulis probrosis. ΑΚΟΛΑΣΤΟΥΣ ΚΑΙ ΑΡΑΤΕΙΣ latine intemperantes & incontinentes dicere possumus.

Scitum Socratis Socrates fons philosophorū dicebat multos homines ꝓpterea vel le viuere: vt ederent & biberēt se bibere atq; esse vt viueret.

In Decretis canonicis. Dis. vltima de consecratione legim⁹ quosdaꝫ morbo articulari & podagræ humoribus laborātes proscriptione bo

Io. Chrysostomus. norum ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos conualuisse Abundātia enim epularum vt inquit verissime Ioannes Chrysostom⁹ morbum facit & molestias ingerit: & ꝯgritudines generat. Et putrescere facit corpus humanum.

An gloria sit summum felicitatis

Quanto honestior videri debet sententia illorū: qui summum bonum felicitatem q; in honore & gloria collocauerunt. Videtur ferme hæc fuisse summa boni in summis imperatoribus Romanorum. Grę corum. Barbarorūq: qui voluptates omnes contempserunt: qui dies noctesq; in laboribus militaribus exandauerunt: qui vigilarunt: fuda

Iuuenalis. runt: alserunt ob hoc solum: vt glorioſi viuerent: glorioſiores morerē

Salustius. tur: de quibus illud est poetæ satyrici

Ad hęc se romanus: graiusq; & barbarus induperator. Erexit: causas discriminis atq; laboris Inde habuit: tanto maior famę sitis ē q̄ virtutis

Augustinus. In Romanorū laudē dixit Salustius: Laudis auidi pecuniæ liberales erant: gloriam ingentē: diuitias honestas volebant.

Hanc gloriam vt inquit eleganter diuus Augustinus ardentissime dilexerunt: propter hanc viuere voluerunt: propter hanc & mori nō dubitauerūt. Cæteras cupiditates huius vnius cupiditate pressērūt

Flaccus Hæc gloria veluti finis felicitatis Fabios. Marcellos. Africanos: Cæsares incitauit inflammauit: extimulauit ad res magnas forti animo ca

pessendas: de hac cecinit Valerius Flaccus.

Tu sola animos mētemq; peruris gloria.

Hanc Silius Italicus facē honestæ mentis appellat cum ait. Silius

Abripuit traxitq; virū fax mentis honestę gloria. Oratius.

De hac oratius: sic meminit in sermonibus.

Sed fulgente trahit constrictos gloria curru
Non minus ignotos generosis. milciadis trophea

De themistocle athenienssi scribūt historici: q; noctu ambulabat in publico: q; somnum oculis capere non posset: quærentibusq; huius vigiliæ causam respondebat: milciadis tropheis & gloria se ex sō no suscitari. calcat themistodis.

Demosthenes oratorum apud græcos clarissimus valde lętatus est gloriolæ susurro: quando anus attica aquam ferens ita alteri insusurrauit: Hic est ille Demosthenes. Græce dulcius effert. ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙ ΔΗΜΟΣΕΝΗΣ Nec immerito. mortales enim ad laudē & gloriam geniti sunt. Et vt inquit verissime Silius. Hic est Demosthenes.

Ad laudes genitum capiat si munera diuum:
Felix ad laudes hominum genus.

M. Tullius ait principes gloria esse alendos/ tanq; id sit pabulum suauissimum: & vt idem alio loco inquit trahimur omnes laudis studio: Et optimus quisq; maxime gloria ducitur. Nullam profecto virt⁹ aliā mercedem laborū periculorūq; desiderat pręter hanc laudis & gloriæ Trahimur oēs gloria

Alexandri: qui ex rebus gestis nomen magni sibi inuenit: pectus insatiabile laudis fuit: qui plusq; par sit stitor gloriæ Anaxagora referente innumerabiles esse mundos ex auctoritate democriti pręceptoris. Heu me miserum inquit: qui nevno quidem mundo sum potitus. hic exiit illud. Sititor gloriæ Alex.

Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis.
Hinc controuersia illa est apud Senecam famigerata. Alexander orbi terrarum magnus est. orbis Alexandro angustus est: Idem cum in sigeo ad Achillis tumutum astitisset O fortunate inquit adolescens: Qui tuæ virtutis pręconem Homerum inueneras quod apud Silium versibus modulatis sic expressum est. Orbis Alexandro angustus est.

Felix ęacida: Cui tali contigit ore.
Gentibus ostendi. Creuit tua carmine virtus.

Cæsar cum apud Herculis templum in Hispania res gestas ab Alexandro vt inquit Plutarchus contemplaretur in pictura: ingemuit lachrymauitq; veluti ignauiam suam pertesus: q; nihil tum memorabile a se actū eēt in ea ętate: qua iam Alexander orbē terrarū subegisset. Lachrymę Cæsaris.

Hãnibal

Hãnibal pœnorum ille inclytissimus Imperator: apud Silium allo quens milites in pugna cannensi mercedem laborum suorum solã gloriam esse vult. Sic enim inquit.

Mihi magna satis sat vera superq;

Bellandi merces

Bellandi merces sit gloria. cætera vobis.

sit gloria.

Vincantur.

Quid multa? non solum magni in re militari duces: & egregii in administratione reipublicæ. Cives gloriam inhiant Et amplexantur: sed etiam scriptores ferme omnes hanc gloriam veluti præmium vberrimum suarum lucubrationum spectare videtur: illi quoq; philosophi qui libros scripserunt de gloria contemnenda sua nomina in titulo inscripserunt Et in liminari pagina lectitari voluerunt. quid nõne & opifices ipsi gloria ducti nobilitari volunt? Nãq; Phidias ille inter statuarios artifex nũq; satis pro meritis laudatus: cum fecisset simulachrum mineruæ incomparabile: nec ei liceret inscribere vt moris est nomen suum: inclusit in clipeo suam ipsius effigiem: qua conuulsa tota operis colligatio & structura soluebatur.

Vafricia Phidiæ

Sauros quoq; & Batrachus sua impensa construxisse produntur templa octauiq; porticibus inclusa/ inscriptionem sperantes: quanegata hoc tamen alio modo vsurparunt. In colũnarum enim epistiliis insculpserunt ranam atq; lacertam: tanq; nominum eorum argumenta. Sauros enim græce lacerta & batrochos rana significatur.

Libet & mihi vt de me non nihil transcunter attingam vsurpare illud Oratianum.

Gaudeo: q; spectant oculi me mille loquentem.

Hocvnum etiã adiiciam quod tanta gloriæ cupiditas est insita mẽtibus mortalium: vt quidam sceleribus innotescere voluerit: quia virtutibus nequibant. inter quos haud dubie numeratur Herostratus: de quo Gellius. Valerius. Solinus in polyhistore/ & cæteri omnes nõ pauca perscribũt. Hinc eni Dianæ ephesiq; templum incendit: quod opus pulchritudine & magnificentia inter septem spectacula mundi meruit annumerari: vt videlicet consumpto opere pulcherrimo nomen suum per totum orbem diffunderetur.

Exemplũ herostrati

Ephesii publico decreto sanxerũt vt hic cẽt illaudatus innominatusq; sed frustra. in hodiernũ eni nominatur. in hodiernum est famigeratus quod solum cupiebat.

famæ magnæ magis q̃ bonę

Et quod Liuius dixit de Mãlio Capitolino q; famę magnę malebat esse q̃ bonæ: hoc idẽ de Herostrato dicendum: qui hoc solum curauit etiam nephãda patrando/ ne vita sui obliuisceretur.

Gloriam non videri finem felicitatis.

Verum hæc gloria non videtur esse finis ille felicitatis quem quæri-
mus: cum sit res caduca: & intra breue seculum flaccescat: cum aliunde
pendeat: quod de summo bono credi nephas est: magis enim in lau- Gloria qd
dantibus q̄ in laudato consistit gloria: quæ nil aliud est: q̄ opinio de
aliena virtute bene sentiētium. huc adde quod philosophi & cumpri-
mis diuus Augustinus amorem laudis & gloriæ feruentissimum vitiū
esse dixerunt. hinc illud oratianum. Persius
Laudis amore tumes. Hinc illa persiana mordacitas
Egregium cum me vicinia dicat non credam: & illud.
Sed recti finemq; extremumq; esse recuso
Euge tuum et belle.
Exclamat tragicus poeta O doxa doxa. O gloria gloria: quid aliud Gloriaīfla
es q̄ aurium inflatio magna. tio auriuꝫ
Democritus abderites philosophus lętatus est: q; athenis multos Democri-
annos vixerit ignot⁹ illi vrbi: veni inquit athenas et nemo me nouit. tus.
Anneus Seneca decēter ait: qui vixit notus oībus ignot⁹ morit sibi. Nemo me
Et ab Oratio luculenter dictum est. nouit.
Nec vixit male: qui natus morienq; fefellit.
An in potentia sit collocata felicitas.
Quidā summū bonū in summa potētia cōstituūt: hi vel regnare ipsi
volūt/ vel adherere regnātib⁹ iudicant esse fecicissimū pulcherrimūq;
Et profecto regnum res est vt ait Liuius inter deos hominesq; pulcher Reges dii
rima. Reges sunt dii terreni: quod etiam historico exemplo cōproba- terreni.
tur. Nāq; Anatharicus gothorum rex constantinopolim ad Theodo
sium imperatorem post ictum fœdus iuisendi causa venit: a quo comi
ter & hospitaliter acceptus est: & cum vrbem introiisset: cūq; ędificia ci
uitatis pulcherrimæ atq; frequentiam populi contemplaretur: cunq; Dictum
deinceps imperatoris regiam ingressus obsequia officiaq; diuersa con Anatarici.
spiceret: sine dubio inquit Deus terrenus est imperator.
In libro Esdre scriptum legim⁹. si dixerit Rex exterminate Extermi-
nant plantate plantant: cuncta obediunt regiæ maiestati. Dicere sole-
bat Iulius Cæsar: Si violandum est ius: regni causa violandū est: Idem
cum in alpibus oppidulum oppido pusillum p̄teriret: amicis quęren
tibus an etiā illic seditiōes aliquę de principatu forēt: μαλλον αν ε-
φη εβουλομην ωροτοσ εν ταυθα ειναι ηδευτεροσ εν ρω- Malo hic
μη mallē inquit hic esse prim⁹: q̄ Rome secundus. Hinc illud Papinii esse prim⁹
statii. Sed summo dulcius vnum stare loco. q̄ romæ se
Polynices quoq; apud Senecam ait: pro regno velim. patriam. pe- cundus.
nates. coniugem flammis dare.
Potentiam non esse summum bonum.

Cæterum multa ſunt: q̃ documẽto ſunt ſolidã felicitatẽ non eſſe in potẽtatu & regno collocatã: & illud in primis: quod ſcribit Dion pruſenſis. Regnũ eſſe rẽ arduã laborioſam plenã curarũ: plenã negociorũ: quę incõmoda principes ipſos ſæpe perturbant.

Præterea verſus eſt antiquus, puerbii vice inuulgatus vſurpatuſq;. Neceſſe eſt multos timeat: quem multi timent.

Terror impendet.

Recepto autẽ ſemel hoc metu nõ poteſt eẽ firma ac inconcuſſa felicitas: Semp autẽ vt inquiũt philoſophi aliquis terror ipendet: ex quo colligitur beatitudinẽ hanc quã quęrim⁹: in regno reperiri non poſſe: vt pote refertiſſimo terrorum atq; formidinum: A Seneca non minus vere q̃ venuſte ſcriptum eſt.

Simul iſta poſuit Conditor mundi deus. odium atq; regnum.

His aſtipulatur ſcitũ illud regis illius quẽ ferũt traditum ſibi diadema. prius q̃ capiti id ponẽret retetũ diu conſideraſſe ac dixiſſe. O nobilem magis q̃ felicẽ pannũ: quẽ ſi qs penitus cognoſcat: q̃ multis ſollicitudinib⁹: et periculis. et miſeriis refert⁹ ſit: ne hũi qdẽ iacẽtẽ tollere vellet

Nobilem magis q̃ felicem pannum.

Notiſſimũ memoratiſſimũq; eſt exemplũ Damoclis atq; Dionyſii: Nã cũ Damocles cõmemoraret in ſermone copias. & opes. ac maieſtatem Dionyſii ſyracuſani: Negaretq; unq̃ beatiores extitiſſe: vis ne inqt Dionyſius o Damocle qm̃ te hæc mea vita delectat ipſe eadẽ deguſtare & fortunã experiri meã? cũ ſe ille cupere dixiſſet. collocari iuſſit hominem in aureo lecto. ſtrato pulcherrimo. textili ſtragulo. abacos cõplurimos ſtrauit argenteis aureiſq; celatis vaſis. tum ad mẽſam eximia forma pueros iuſſit cõſiſtere: eoſq; ad nutũ illius intuẽtis diligenter miniſtrare. Incẽdebãtur odores. menſę conquiſtiſſimis epulis extruebanť. aderant vnguẽta: coronæ. delitiarum omne genꝰ. Fortunatus ſibi Damocles videbatur in hoc tam beato apparatu gladiũ fulgentem e lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit vt impẽderet illius beati ceruicibus. Cũq; ille Dionyſiacas copias iminentis mortis periculo aſperaretur: iãq; beatus amplius eẽ nollet. Talis eſt inqt Dionyſius vita quã beatã putabas: ſic ſemp nobis mortẽ iminentẽ videmus. Exiſtimate ergo quo modo fœlix ille eſſe poterit: qui ſemp timere cõpellitur: cuiq; Tantali ſaxum vt dicitur ſemper impendet.

exemplum damoclis & Dionyſii.

Gladiꝰ e lacunari demiſſus.

Tantali ſaxum.

Imperiũ res eſt inuidioſiſſima: vt inquit Vopiſcus: meritoq; ait Sidonius Apollinaris Nõ aſſentior his: qui ſummã beatitudinem exiſtimant ſummã poteſtatẽ. Nã ſicut hominibus reges: ita regibus deſideria dominãdi dñanť: hic inuẽti cõplures: qvitã priuatã ocioſãq; regno anteponerẽt Seneca.

Me mea tellus lare ſecreto tutoq; tegat.

Catullus.

O quid ſolutis eſt beatius curis.
Oratius
Nec ocia diuitiis arabum liberrima muto.

Ariſtoteles in ethicis inquit Videtur felicitas eſſe in ocio. Negocia mur vt ociemur. Felicitas i ocio.

Non ab refuerit hoc potiſſimū loco exemplum de Pyrrho Et Cynea pulcherrimū recenſere. Cyneas enī facūdia memoriaq; ꝑpollens: pyrrhum ad Italiā propēſum cernens: Sic illū aliqñ ocioſum affatus eſt. Egregii bello o pyrrhe romani eſſe dicunt: quod ſi eos ſuperare dii dederint qd tunc agemus? ad hæc Pyrrhus Nulla inquit nobis neq; barbara neq; grēca ciuitas reſiſtere poterit romanis ſuperatis ſed ſtatim totius Italiç imperio potiemur: parūper cōmoratus Cyneas/ cū Italiam ait ceperimus qd tunc agemus? Et pyrrhus ꝓxima inquit eſt inſula ſicilia opima & opulēta: q̄ captu facilis erit. Recte inquis dicit Cyneas: ſed an finis militiæ nobis erit cepiſſe ſiciliam? Deus modo infit victoriam prēſtet. Nā his veluti prēludiis vtemur ad res maximas cōficiendas. quis enim africa abſtineat & carthagine: qua ſubacta nullus nobis reſiſtit orbis. Ita eſt inqt Cyneas Sed victis omibus & ſubactis quid faciemus tandē? & Pyrrhus ſubridens ociabimur inquit: & quotidiana feſtiuitate lætitiaq; perfruemur: tūc Cyneas: quid vetat o rex inqt quo minus nūc iſta lætitia & feſtiuitate & ocio perfruamur. Suppetit quippe nobis ſine labore facultas iſtarū rerū oīm: ad quas per ſanguinē & pericula & erūnas pertēturi ſumus. Veriſſima erant quæ dicebantur a Cynea: ſed pyrrhū nequa q̄ ab incepto retraxerunt: iá iam regno italico inhiantē & ſpes immodicas anhelantem. Exemplū Cyneę & pyrrhi. Ociabi mur.

Non pauci extiterūt: qui ociū & vitæ ruſticæ ſimplicitatē fortunatam eē cenſuerunt: In eaq; verā felicitatē collocauerūt: haud dubie vi tam ruſticam vrbanæ anteponentes. hinc ait Maro.
O fortunatos nimium ſua ſi bona norint agricolas. Laus vitæ ruſticæ
Et oratī⁹. Rureviuētē beatū eē autumat: q alio quoq; loco ſic cecinit.
Beatus ille qui procul negociis
Vt priſca gens mortalium:
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fœnore.

Delphicū oraculū Aglaum dixit eē feliciſſimū: q in anguſtiſſimo archadiæ angulo parūi ſed annuis victibus large ſufficiens prędium colebat: nunq̄ ex eo egreſſus & ita minima cupidine minimum in vita mali expertus. & profecto vt ait idem Oratius. Agla⁹ nūq̄ egreſſus agellum
Viuere naturæ ſi conuenienter oportet.
Vidiſti ne locum potiorem rure beato?

Natura enī vt inqt. M. Varro dedit agros: ars hūana ędificauit vrbes.

Polyarnes polymeles polibutæ.

Rusticatio autē ab exiguis profecta primordiis ad summū columē peruenit: Hic apud antiquos grēcos illustrissimus quisq; pastor erat: ex quo alios græco vocabulo: polyarnas: alios polymelas: alios polybutas vocitarunt: a multitudine videlicet agnorū: ouium: ac bouum.

Romani cū virū bonū laudabāt cū bonū agricolā bonūq; colonū appellitabant. amplissime enī laudari existimabatur: qui ita laudabat.

Triūphales aratores.

In tanto denicq; honore apud priscos fuit agricolatio vt iperatores romanos nō puduerit manibus triūphalibus agros colere: semina tractare: arbusta disponere. Præterea nobilissimarū familiarū nō aliunde cognomēta sunt: q̄ a rebus rusticanis: Nā Fabii. Lētuli. Cicerones. A leguminibus: q̄ quisq; optime serebat cognominati sunt. Pisones a pisēdo dicti. Multa quoq; noia habemus veterū romanorū: partim a maiore partim a minore pecore deducta: Hinc enim iunios bubulcos: statilios tauros: Pōponios vitulos cognominarūt: Hinc portii Catones & Annii caprę nominitarī: Quinctiā italiā nuncupationē traxisse avitulis: quos græci antiqui italos vocabant nemo nō nouit: Hinc locupletes appellati loci hoc est agri pleni: & ipa pecunia: ipsumq; peculiū a pecore nomen sortiunt: Infinita prope dici possent devitę rusticę bonis ac felicitate: sed me ipsum cohibeo: cū in libro orationū nostrarū extet oratio cōtinēs laudationē rusticationis vberrimā. Illud dissimulanter prętereā nō possum: q̄d Dioclitianus iperator imperio deposito contulit se in ociū rei rusticę quietissimū: illicq; beatissime cōsenuit: & Attalus rex omissa regni administratione hortos fodere cœpit & vilicari. De agricultura non minus honorata q̄ frugifera Reges ducesq; amplissimi scriptitauerunt.

Italia avitulis.

Pecunia a pecore.

Dioclitianus deposuit iperiū scriptores rei rusticæ

Siquidē Hiero. Athalus: & Archelaus reges: Xenophon & Mago duces volumina de re rustica cōdiderūt: Prętereā inumeri tā grēci q̄ latini cōditores negociū istud stilo illustrauerūt. Sed eorū tantū Marcus porti⁹ Cato oim bonarū artiū magister optim⁹ ac sine æmulo agricola librū cōposuit p̄cepta colendi agrum cōtinētem: post Catonem Terentius Varro: qui a Terētiano vir doctissim⁹ vndecūq; dictus est: annū iā vitæ octogesimū primū agens rē rusticā expoliuit. Plinius noster: quo nil doctius. Cōposita brevitate venustauit: Palladius decētissimo ordine distixit. Columella autē tam q̄ rusticationis parēs totū disciplinæ rusticæ corpus luculētis voluminib⁹ cōplexus ē. Virgilius vero carmine Georgico rē rusticā potētem fecit: reddiditq; illustriorē. Et nos hoc anno duos hos inclytissimos rerū rusticarū scriptores publico auditorio profitebimur: id maxime curātes vt nō minus frugifera sit: q̄ voluptifica nostra professio: Sed iā reliqua propositi peragamus

Portius. Cato. Terentius Varro. Plinius Palladius. Columella. Virgilius.

An diuitiæ ſint finis bonorum.

Quidã immo pene omnes autumãt ſummũ eſſe diuitias. & ſolum diuitem eſſe beatũ. ſimul concinentes illud oratianum.

O ciues ciues quęrenda pecunia primum.

Virtus poſt nummos.

Nec minus illud ex ſermonibus.

Omnis enim res. virtus. fama. decus. diuina. humanaq; pulchris.

Diuitiis parent: quas qui conſtruxerit ille

Clarus erit: fortis. iuſtus. ſapiens. etiã rex. & quicquid volet. Oratianę ſententiæ a ſtipulatur Petronius arbiter cum ait.

Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura: Petronius arbiter

Fortunamq; ſuo temperet arbitrio. Et mox paulo

Multa loquor quid uis nummis preſentibus opta

Eueniet: clauſum poſſidet arca iouem.

Hinc iuriſconſultus ti. de verborũ ſignificatione refert bona dici diuitias ab eo q; beent: id eſt beatos efficiant. ait. M. Tulli⁹ diuitias eſſe effectrices rerũ magnarũ & cũ primis voluptatũ: pecuniq; nerui ſunt bellorum: aurũ perſuaſio eſt regũ. Huic metallo vt iquit veriſſime Apuleius Difficultates oẽs ſunt peruiæ & auro adamantineq; fores perfringũtur. Dictitare ſolebat Verres nihil eſſe tã ſanctũ quod nõ violari: nihil tam munitũ: quod nõ expugnari pecunia poſſit. Aurũ vt inquit Oratius: Per medios ire ſatellites. Et perrumpere amat.

Bona q; beent

Pecuniæ nerui rerũ

Dictũ verris

Saxa potentius ictu fulmineo.

Philippus macedonũ rex omnia caſtella expugnari poſſe dicebat: i quæ modo aſellus honuſtus auro poſſet aſcendere: Ideo imperatores boni quod tormentis & machinis expugnare non poſſunt: vincãt auro. ſicut philippus vrbium portas diffindebat.

Scitũ Philippi.

Cum in preſentia mauors fulminet & telum ſuum cõcutiat/ non nihil velut in tranſcurſu de re bellica interferemus.

Mauors fulminat

Plurimũ in bello pollere creduntur militũ copia & virtus. Ingenia imperatorũ. fortuna per oia humana maxime in res bellicas potens. q vero pecunias bellorũ neruos eẽ dixerũt oracula certiora dixiſſe videtur: Archidamus lacon ſociis percunctantibus: q̃tũ ſatis foret pecunia rum ad belli adminiſtrationem reſpondit. ΟΠΟΛΕΜΟΣ ΟΥ ΤΕΤΑΥ ΜΕΝΑΙ ΧΗΤΕΙ hoc eſt bellum ordinata non querit. Exiſtimat. M. tullius in ſummo imperatore quattuor has res ineſſe oportere. Scientiam rei militaris: virtutẽ: auctoritatẽ: felicitatẽ: Non pauci addunt quitam veluti potentiſſimã auri copiã affluentiorẽ: ſine quo reliqua manca & mutila eſſe exiſtimãtur: ſine quo preclara nõ facile geri poſſunt: Náq; officiũ boni imperatoris eſt vt quod viribus efficere nõ poteſt id auro

Que in bello polleãt.

efficiat: interdum astu calliditateq; conficiat: imiteturq; Lysandrũ qui

Lysander

censebat vulpis pellem assuendã esse quo leonis non assequeretur: qui

Vulpina pellis assuenda leoninæ.

dicebat pueros talis esse decipiendos: viros autem iure iurãdo. Sed in arcanis sit & ἀωορητοισ quod facturus est imperator: Vndepræceptum militare traditur a Vegetio. Quid fieri debet tractato cum multis: quid vero facturus sis cum paucissimis. vel potius ipse tecum. hinc laudatus ille Metellus: qui interroganti: quid facturus foret respõdit. si vestem hanc mei consilii cõsciã esse crederẽ: eã flãmis deurerem:

Minotaurus inter signa

hinc inter signa romana erat minotaurus: vt quẽadmodũ ille in intimo Labyrintho abditus erat ita ducis consilium semper deberet esse secretum. Dicere solebat Paulus Aemilius bonũ iperatorẽ nũq̃ signis collatis decertare oportere nisi summa necessitudo aut fũma ei occasio data esset. Militaris sine duce turba corpus eẽ credit sine spiritu: plusq; pollet interdum bonus imperator q̃ numerosus exercitus: Hinc cum Scipio Aemilianus numantinos vertisset in fugam/ illiq; grauiter indignarentur quærentes: quid romanos fugissent: quos prius totiens fugauissent: tunc numantinũ quẽpiã dixisse ferunt. ωσ τα ωροβατα ταυτα και νυν εστιν ολε τοιωην αλλοσ. hoc est oues qdem & nunc easdem eẽ sed pastorẽ aliũ: Vereq; proditũ est tanti esse exercitum q̃ti imperatorẽ: Ex quo illud Chabriæ dignũ scitu dignumq; memoratu est: qui dicere consuevit. ὁτι φοβεροτερον εστιν ελαφων στρατοωελον ηγουμενον λεοντοσηλεοντων ελαφοι. id est formidabiliorẽ eẽ cervorũ exercitũ duce leone: q̃ leonũ duce cervo. Idẽ dicebat officium optimi imperatoris esse res hostiũ & cõsilia optime nosse. Id autẽ fit cõmodissime p fidissimos exploratores parantur aũt tales liberalitate & pecunia: q̃ vel vna virtus sæpe victoriã præstat ex hostibus: qua Cæsar dictator milites sibi reddidit deuotos. fideles. obnoxios. In hæc diuertisse non fuerat alienũ: propter glisce

Exercitꝰ sine duce corpus sine spiritu.

Dictum Chabriæ scitissimũ.

tes in dies bellorũ rumusculos: quibus Italiã flagraturã ominantur.

Euripides

Ergo igitur vt ad propositũ reuertamur: pecunia ingẽs generis humani bonũ existimatur: vt inquit Eurípides. pecunia in honore. paupertas probro haberi cœpit: vt Salustius Senecaq; notificant: Cui diuitiæ supersunt huic nihil prorsus deesse creditur.

Et genus & formam regina pecunia donat.

Et bene nũmatum decorat suadela venusq; vt inquit Oratius. puerbii quoq; vice illud inuulgatum: Vnde habeas querit nemo sed oportet habere.

In decretis canonicis Dist. quadragesima septima traditum est: q̃

Gratiꝰ aurũ q̃ sol

mens mortalium semper aurũ: semper argentum videt: gratius intuetur aurum q̃ solem. omis nostra oratio ad deũ aurum quærit.

Huic ſententiæ ſubſcribit illud ſatyrici poetæ memoratiſſimum

Prima fere vota & cunctis notiſſima templis
Diuitiæ creſcant: vt opes: vt maxima toto
Noſtra ſit arca foro. Et illud Oratii
Det vitam det opes cteçtera. Iuuenalis

Seneca libro vigeſimo ſecundo epiſtolarū: Admirationem inquit parentes auri argentiq; fecerunt: totus populus in alia diſcors. in hoc conuenit. hoc ſuſpiciunt. hoc ſuis optant. hoc diis velut maximum rerum humanarum conſecrant: Deniq; quod optumū videri volunt ſeculum id aureum appellant: Sine me inquit alius vocari peſſimum: ſimul vt diues vocer: An bonus nemo: an diues omnes quęrimus/ non quare & vnde: quod habeas tantum rogant: vbiq; tanti quiſq; quantū habuit fuit. Seculum aureum.

Conſimile ẽ illud Apuleii ex apologia: tāti reuera eſtis q̄tū habetis Caligula Romanus imperator exiſtimans aurum eſſe ſummum beatitudinis ſuper innumeros aureorum aceruos nudis pedibus ſpatiatus & toto corpore aliquandiu volutatus eſt. Peſſimus dū diues

Græcus ille Alcmeon: de quo ſcribit Herodotus: olim prægrandeꝫ tunicam indutus & calceos latiſſimos calceatus. perexit ad theſauros Creſi: Creſo permittente. ibiq; in aceruos aureorū, pcumbēs primum reſerſit calceos auro: dein omnes ſinus veſtimenti: quin etiam Ramenta auri crinibus implicuit: os quoq; & man⁹ auro compleuit: exiuitq; auro ſuffarcinatus non homini ſimilis ſed monſtro: cuius os erat turgidum/ & cuncta membra auro onuſta. Alcmeon onuſtus auro.

Interrogatus Bias prienenſis quidnam faciens homo delectaretur. Lucrans inquit. Reſpōſuꝫ Biantis

Pithius quoq; bithinicus: qui Xerxis temporibus claruit auri cupidine incenſus: tanq̄ id ſummum bonum foret: omnes ciues in metallis auri fodiendis occupatos habebat. Idq; vnum auri congerendi ſtudium tantopere colebat: vt multi ob laboris magnitudinem interirēt Vnde mulieres agminatim ad Pithei vxorē venerunt orātes: vt huic malo mederetur: quæ illas bono animo eſſe iuſſit: Dein adhibitis artificibus panes & edulia omne genus ex auro cōfici pręcepit: quibus diligenter ſtudioſeq; confectis pitheo parari cænam poſtulanti auream menſam vxor apponi iuſſit: cuius aſpectu delectatus eſt pitheus vtpote mira arte ſingula elaborata conſpiciens: inde aſpectu iam abunde ſatiatus cibum afferi pręcipiebat. verum vxor cuncta quæ poſtulaſſet ex auro concinnata iubebat apponi: cumq; ille iracundia percitus eſſet ſeuociferaretur: ſatiſq; ſpectaculi iā vidiſſe: neq; aurū ſe id temporis amplius expoſcere; Tum vero mulier cordata & prudentia pollens: Historia Pithii remotior. Solertia fęminę. Obſonia ex auro

nullius inquit rei o coniunx præter hanc vnã habendæ facultatẽ prę-
bes: omnis omniũ virorũ cura tuo iussu in parando auro versatur: iã
nemo agros colit. iam omnis serendi plantandi arbores: & totius rusti
cationis diligentia intercidit: dum in auro fodiendo tuo iussu omnes
sunt occupati. hac vxoris castigatione tã sancta: tã vera: nõ mediociter
cõmotus pitheus est. Fodiendi tamẽ auri negociũ nequaq̃ penit⁹ omi
sit/ tanq̃ in auro summa beatitas esset collocata: Hic est ille pitheus: q
Platanus aurea platanum aureã Vitẽq; nobilẽ illam Dario regi donauit: qui Xerxis co
pias innumerabiles excepit epulo: stipendiũ quoq; quinq; mensium
frumentumq; ꝓ alendo exercitu pollicitus.

Diues ille pud Oratium sic inquit

Populus me exibilat: at mihi plaudo

Verba Plí-nii bracteata. Ipse domi: simul ac nummos contemplor in arca.

Penetramus inquit non minus vere q̃ eleganter Plinius. In terræ vi-
scera auri argentiq; venas & æris ac plũbi metellas fodientes: gemmas
etiam & quosdam paruulos q̃rimus lapides scrobibus in profundum
actis: viscera eius extrahimus: vt digito gestetur gẽma/ quã petimus:
quot manus atteruntur vt vnus niteat articulus: Si vlli essent inferi iam
profecto illos auaritiæ: atq; luxuriæ cuniculi refodissent.

Diuitias non esse finem felicitatis.

Verũ enimuero vt tradit Aristoteles ipsæ diuitiæ nequaq̃ sunt ipsum
summũ bonũ: Sunt quidẽ vtiles: expetuntur quidẽ ꝓpter felicitatem:
sed non sunt ipsa felicitas: q̃ propter se ipsam expetit. Quod bonũ est
ex malo non fit: diuitiæ autẽ fiũt ex malo & iniquitate: ergo nõ bonũ
ex quo illud Hieronymi: Diues aut iniquus aut iniqui heres: Et illud
euangelicũ. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: hoc est ex di-
uitiis: quæ ex iniquitate proueniũt: Præterea nihil philosophis & po
tissimũ Senecæ bonũ videt quo quis & male vti potest. Videmus aũt
Diuitiæ cã exitii. diuitiis q̃ multi male vtãtur. quinetiã quod bonũ est nocere nõ potest
nec debet: Atqui videmus diuitias q̃ plurimis fuisse exitio & nocuisse:
vnde colligimus diuitias pro summo bono habendas non esse: cũ sæ-
pe vertant in malũ: dẽtq; pessum ipm possessorẽ: hinc illud satyricum

Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat & cuncta exuperans patrimonia census.

Longum facerẽ si vellẽ in presentia percensere quot viros diuitię im
modicæ in exitiũ præcipitauerint. obuia omibus sunt exẽpla id genus

Quicquid aptã moderationẽ supergreditur vt scribit Apuleius in
Hesiodus magia. oneri potius q̃ vsui exuberat. ex quo est illud hesiodi. οσω
Dimidiũ plus toto. πλεον η μισυ παντος id ẽ quãto pl⁹ est dimidiũ toto. Pla. in. v.
de rep. & libro tertio de legibus interpretatur dimidiũ esse plus toto

quia mediocritas est vtilior salubriorq; ipso immodico & toto: quod
sæpe noxium est atq; pestiferum

Quod in diuitiis non sit summa felicitas: documento maximo euidentissimoq; sunt hoies ditissimi: quos mœstos: anxios: sollicitos idē tidem conspicim⁹: quorū felicitas bracteata. personata. supparata elegãter a Seneca appellatur: quasi velamēto quodā adumbrata. vt foris & fronte beati videantur. int⁹ vero & in secessu animi infelices ac miseri Felicitas p sonata.

Multi quos vulgus ob diuitias felices putat sæpe dolent sępe suspirant: interrogatus Anaxagoras quisnā esset felix: Nemo inquit ex his quos tu felices existimas. Dictum Anaxagorę.

Socrates apud platonem interrogatus a Polo felix ne ei videretur archelaus macedonię rex. nescio equidem. nunq̃ enim apud ipsū fui. Idem negauit magnū persarum regē sibi felicē videri: quia inquit ignoro quo pacto ad eruditionem iusticiamq; se habeat. Virtute enim nō diuitiis felicitatem metiebatur. An persarū rex beatus

Ait Plautinus senex. odi ego aurū: multa multis sępe suasit perperā Plautus Vtinā inquit Plinius noster posset e vita in totū abdicari aurum. sacra fames. vt celeberrimi auctores dixere. prosciſſum cōuitiis ab optimis quibusq;. & ad perniciem vitæ repertum. Odi aurū.

Apuleius aurū appellat metallum execrādum. Hinc haud īmerito Crates thebanus vt ab historicis proditū est. & in decretis canonicis repetitum. magnum pōdus auri abiecit neq; putauit se posse & virtutes & diuitias simul possidere. Crates abiecit aurū.

Hinc Zeno audito rerum suarum naufragio: Iubet inquit fortuna me expeditius philosophari.

Democritus quoq; quo magis vacuo animo studiis litterarum operaretur: patrimonium suum patriæ donauit. Democritus.

Et Anaxagoras possessiones incultas reliquit pluris faciens doctrinam q̃ diuitias: cuius est illud scitum. Non essem inquit ego saluus nisi ist æ possessiones perissent.

Hucadde: q̃ nulli mortalium vnq̃ tantū est q̃tū cupit: fortuna enī vt inquit epigrammatarius poeta: multis nimium dat: satis nulli: quāto diuitior quisq; est tanto cupidior: qui autem cupit beatus esse nullo modo potest: Talis magnas inter opes inops est: & congesto pauper in auro: vt clarissimi auctores prodiderunt. Et vt ait Claudius. Semper inops quicunq; cupit. Nulli satis

Et medi⁹ fidi⁹ ad viuēdū velut ad natādū is melior: q onere liberior Maiore inquit Seneca tormento pecunia possidet: q̃ q̃rit. Præterea nō valent diuitię liberare a morbis: qbus iplicati mortales ꝓ valitudine ipē derēt pestes gazas: hō autē ęgrotus: q̃uis opulentissimus poten Inops qui cūq; cupit

tissimusq; beatus esse non potest/ cũ opus sit prosperitate ad bene beateq; fruendũ comportatis diuitiis. Ex quibus omnibus euidenter colligimus diuitias non efficere ipsam felicitatem quã quærimus: quæq; finis est rerum omnium expetendarum.

An virtus sit effectrix vitę beatæ.

Sapientes esse omia.

Seueriſſimi ſanctiſſimiq; phõrũ ſummũ bonũ in honeſto hoc ẽ in ipſa virtute poſuerunt exiſtimantes ſolum ſapientem eſſe omnia: hinc exiit illud oratianum.

Ad ſummam ſapiens vno minor eſt ioue/ diues.
Liber. honoratus. pulcher. rex deniq; regum.

Virt⁹ altũ quiddam.

Et profecto virtus ſicut auctor eſt Seneca in libro ad galionẽ de vita beata: altũ quiddã eſt excelſum. & regale inuictũ infatigabile: Virtutẽ in tẽplo inuenies. in foro in curia pro muris ſtantẽ. puluerulentã. coloratã

Silius de virtute

callo ſas habentẽ manus. Huic ſententiæ ſubſcribit Silius a quo virtus ita deſcribitur.

Frons hirta nec vnq̃/
Compoſita mutata coma Stans vultus & ore.
Inceſſuq; viro propior: letiq; pudoris.
Celſa humeros: niueæ fulgebat ſtaminæ pallæ.
Dixit Ouidius. Inuia virtuti nulla eſt via.
Oratius virtutem ſic diffinit.
Virtus eſt vitiũ fugere & ſapientia prima ſtultitia caruiſſe.
Lucilius ſatyrę conditor virtutem his verſibus enarrat

Virtus qd ſecundum Lucilium.

Virtus eſt homini ſcire id quod quæq; habeat res.
Virtus ſcire homini rectum vtile quid ſit honeſtum.
Quæ bona quæ mala: item qd inutile turpe inhoneſtum
Virtus q uęrendæ rei finem ſcire modumq;.
Virtus diuitiis p̃cium perſoluere poſſe.
Virtus id dare: quod re ipſa debetur honori.
Hoſtem eſſe atq; inimicum hoim morũq; malorum:
Contra defenſorem hominum morumq; bonorum:
Hos magnificere: his bene velle his viuere amicum
Commoda præterea patriæ ſibi prima putare:
Deinde parentum: tertia iam poſtremaq; noſtra.

Plautus.

Poeta comicus in amphitrione ſic inquit.

Virtus omnibus rebus anteit profecto.
Libertas. ſalus. vita. res. parẽtes. patria et prognati tutanť ſeruãtur. Virtus oia in ſe ſe habet. omnia adſunt bona quę penes eſt virtus.

Virt⁹ recta ratio.

Seneca lib. epiſtolarũ. ix. ad Lucilii. Virt⁹ iqt ẽ recta ratio. Auguſtin⁹ ait Virtutẽ artẽ eẽ bene viuẽdi. Memoratiſſim⁹ ẽ oratian⁹ ille verſicul⁹

Vilius argentum eſt auro: virtutibus aurum.

Et ille.

Virtus eſt medium vitiorum & vtrinq; reductum.

Oratius

Autumat. M. Cicero in tuſculanis q̃ſtionibus ad beate viuendũ ſatis poſſe virtutem: cui aſtipulatur Silius illo verſu.

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.

Non ab re fuerit ſubtexere verſus luculentos: quib⁹ graphice decen terq; deſcribit virtutem Claudianus cum ſic ait.

Ipſa quidem virtus precium ſibi: ſolaq; late
Fortunæ ſecura nitet: nec faſcibus vllis
Erigitur: plauſu ve petit clareſcere vulgi.
Nil opis externę cupiens: nihil indiga laudis.
Diuitiis animoſa ſuis: immotaq; cunctis
Caſibus ex alta mortalia deſpicit arce.

Virtus a Claudiano celebrata.

Ait Oratius. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus.

Certe Pithagoras. Empedocles Democritus. Plato ad hanc virtutẽ percipiendã nauigauere: hãc peregrinationibus ſuſceptis veſtigauere hanc cũ primis p̃dicauere tanq̃ beatitudinis effectricem.

Contrarioꝝ vt iquiũt philoſophi cõtraria ſũt p̃na: Si vitia efficiũt vitã miſerã cõſequẽtur virtutes efficiẽt beatã: ideoq; ſtoici dicũt ſapiẽtẽ fore beatũ ẽt ſi obcecẽt. obſurdeſcat. mẽbris debilitẽt. dolorib⁹ cruciẽt.

Virtutem per ſe non ſatis eſſe ad vitam beatam perficiendam.

Verũ re diligenter perpenſa & penſitata decernim⁹ in virtute eẽ quidem plurima ad faciendã felicitatẽ: ſed haud quaq̃ oia: Nã felix vt inqt Ariſtoteles indiget pręter virtutẽ bonis corporis atq; fortunæ: ſtoici q dem dicunt ſapientem in rota & tormentis conſtitutum eſſe beatum. vel volentes vel nolentes nihil dicũt: quoꝝ dogma deludit Auguſtinus in. xix. de ci. dei. cum in illis ſit quidam ſuperbiæ ſtupor.

Dogma ſtoicorũ illuſum.

Theophraſtus: qui ex diuinitate loquendi ſibi nomẽ inuenit: in caliſthene ſuo laudauit hãc ſententiã: vitã regit fortuna non ſapientia

Indolentia illa Hieronymi non eſt dicenda ſummum bonum: quoniam in ſtultis eſſe poteſt: felicitas autem cum ſtultitia nõ copulatur: pręterea aliud eſt non dolere aliud eẽ in voluptate felicitateq;. & vt ĩgt eleganter Seneca Indolentiam nunq̃ bonum dicam quã habet cicada habet pulex.

Indolẽtia Hieronymi

Qui voluptatem cũ honeſtate ſummũ bonũ eſſe dixerunt hii dixerunt quidẽ aliqd: ſed nõ omia cõplexi ſunt perficientia felicitatem Ariſtoteles philoſophoꝝ inclytiſſim⁹ in. x. ethicoꝝ felicitatẽ eẽ quãdam cõtẽplatiuã operationem ſic colligit: Deos omnes maxie felices

Sñia Ariſt. de felicitate.

existimant ac beatos: quas res tribuimus Diis agẽdas? iustas & iiustas? Ridiculum id foret si contractibus & reddendis depositis sint occupati. At exercent liberalitatẽ? absurdũ est credere illis esse nũmos: Dormire illos non dicendũ vt Endymionẽ cũ somnus ad dormientes pertineat: Vigilare ergo & viuere cuncti deũ credunt: ergo & operari: ociosam enim & imobilẽ dicere naturã dei impiũ est: qđ & Origenes testat in tertio periarchon. Actiones autẽ deo non dant vt homini: quidnaq; itaq; aliud restat nisi contẽplatio: quare dei operatio beatitudine pcellens contẽplatiua summe felix existet: quæ deo maxime ẽ cognata: Verum indigebit prosperitate corporis & alimentis cũ homo sit. Natura nanq; ipa non est ad cõtẽplandũ sufficiens: sed & corpus sanũ eẽ oportet: & alimenta reliquumq; famulatũ adesse: Itaq; vitæ degendæ ratio quieta maxime placuit philosophis in contẽplatione & cognitiõe posita rerum: q̃ quia deorũ erat vitæ simillima: sapiente ẽ visa dignissima Ergo igitur vt aliquando concludamus latissimã de felicitate disputationem recurrendum nobis est ad ipsam diffinitionem: Est autem felicitas vt dudum dictũ est plenitudo rerum optandarũ: Hæc autẽ plenitudo constat ex triplici genere bonorum. ex bonis animi. ex bonis corporis. ex bonis fortunæ: Cumulata hæc bona faciunt absolutam felicitatem: quod vt planius & lucidius percipiatur: quid sit ipse homo: & ex quibus constet quærendum est.

Origenes.

Contẽplatio ẽ felicitas.

Felicitas plenitudo optãdorũ

Hõ ex aĩa & corpore

Homo neq; solum corpus est: neq; anima sola: sed ex anima simul & corpore cõpactus est: proinde summũ bonũ hominis: quo fit beatus: ex bonis vtriusq; cõflatur: Qui virtutẽ summũ bonorũ esse dixerũt in hoc lapsi sunt: quod animũ solũ tuentes corpus omiserunt: Quivoluptate corporis felicitatem metiũtur animũ incultũ ac veluti pedisequum reliquerunt: Qui vero ex animi & corporis ac fortunæ bonis felicitatẽ constituerunt: hii veritatẽ ipsam propius inspexerũt: eorũq; sẽtentia tanq̃ optima verissimaq; comprobatur: bona autẽ animi virtutes sũt: & hęc longe magis honorãda q̃ corporis ac fortunę bona: Anima eni vt inquit verissime Aristoteles in septimo politicoꝝ precioslor est corpore & pecuniis. Externa autẽ gratia animi expetũt nõ aũt aius gra illoꝝ. pripatũ inter bona aĩ obtinet prudẽtia: q̃ ẽ cũctaꝝ regia virtutum vt ait Plato: hæc circa humana versat. vt docet Aristoteles in sexto ethicorum. Vnde Anaxagorã & Thaletẽ sapiẽtes fuisse dicũt nõ prudentes: qui propria cõmoda ignorarũt: & patrimonia contẽpserunt. Socrates virtutes omnes putabat esse prudentias: ceteræ virtutes vt iustícia: quæ lucifero mirabilior existimatur: vt fortitudo quæ propria viri virtus est. vt temperãtia: quę libidines obfrenat satis notæ. & a nobis alio loco fusius explicatę. Doctrinæ & ipsæ multiugæ inter animi

Felicitas ex trinis bonis

Bona aĩmi Prudẽtia

Sapiẽtes nõ prudẽtes

bona memorantur: quibus anim⁹ fit θεῖοτατος id est diuinissimus

Bona corporis sunt Valitudo. robur. pulchritudo. sine quibus nō potest esse vera felicitas: ex quo satis liquet diuitias non esse summum felicitatis: cum bonam valitudinem prestare nō possint. meritoq; laudatur illud oratianum.

Bona corporis

Non domus aut fundus non aris aceruus & auri
AEgroto domini deduxit corpore febres
Non animo curas. valeat possessor oportet
Si comportatis bene rebus cogitat uti.

Oratius.

Virtus quoq; sine valitudine corporis nō satis fungi officio suo potest: Animus enim fulturis corporis sustinetur: cum sit vas & veluti organum animi ipsum corpus. Dixit Salomon non est census super censum sanitatis corporis. Vulgatissimus est ille festiui poetæ versiculus vice prouerbii celebratus.

Corpus organū animi

Non est viuere/ Sed valere vita.

Apud Platonem in gorgia Cantio conuialis celebratur: quā cātores in conuiuiis vsurpant ita concinentes: optimum quidem esse bene valere: Secundo loco formosum esse: Tertio habere diuitias bono modo partas. Idem mox paulo nihil inquit sanitate est melius. Hæc Marcus Varro primigenia naturæ appellat: Alii prima naturæ græci τα προτα φυσεως. De quibus Marcus Cicero & Aurelius Augustinus non parum multa prodiderunt.

Cantilena cōuiualis

Primum bñ valere.

Primegenia naturę

Academici & peripatetici: vtpote philosophorum nobilissimi probant hæc prima naturę: in quibus numerant incolumitatem: valitudinem: sensus integros: doloris vacuitatem: vires: pulchritudinem: quorum consimilia sunt in animo. Sine pulchritudine non potest esse absoluta felicitas. ideoq; dixit Aristoteles q̄ non satis idoneus est ad felicitatem homo penitus deformis: Est enim forma dei munus. & vt inquit Homerus θεῶν ερικυδεα δωρα Deorum dona gloriosa nequaq̄ aspernanda. Verum ad hanc corporis incolumitatē firmitudinemq; custodiendam: vtpote rem rerum omnium p̄ciosissimam/ Inuentæ sunt innumerę medicinæ: tot Cerata: malagmata: emplastra: collyria: antidota: cataplasmata Excogitata sunt tot catapocia: tot pharmaca: tot medicatæ potiones inuentæ Compositiones & mixturæ inexplicabiles circunferuntur: quin & medicina a rubro mari atq; ex India petitur: vt ita fiat p̄ciosior: meritoq; scripsit Plinius noster vnam hanc artium imperatoribus quoq; imperare/ nullamq; esse medicina fructuosiorem.

Pulchritudo dei donum.

Malagmata Catapocia

Nulla ars medicina fructuosior

Verum scito plus quotidianas exercitationes ad sanitatē prodesse: q̄ medicos q̄ medicinam. exercitatione enim vt ait Fabius Quintilian⁹

exercitatõ Auicenna

cuncta conualescunt: Sine qua vt inquit Galenus impossibile est hominem sanitate prosperrima diu frui: & vt auctor est Auicenna ad sanitatis conseruationem plurimum potest polletq; exercitatio: cui⁹ multæ sunt species.

Galenus Celsus Clara lectio nra exercitatio

Galenus exercitationem paruæ pilæ reliquis anteponit Commode ẽt exercent vt docet Cornelius Celsus cursus: ambulatio: & clara lectio: qua nos prope peculiariter vtimur: quotidie publicis lectionibus contentissime boantes: & raucedini exerta voce repugnantes.

Gymnastica Pedotriuica pedotriues qui.

Plato & Aristoteles gymnasticam cũ primis probant: q̃ vires augescunt: & sanitas inoffensa custoditur. Incipit Aristoteles in octauo politicorum Adolescẽtes gymnasticæ & pedotriuicæ esse tradendos: Vbi pedotriuica: vt hoc quoq; in transcursu declaremus significatur exercitatio pertinens ad doctorẽ pedotriuem: est autem pedotriues vt docet Plato in libro de philosophia exercitationis magister. cuius officium est vt idem tradit in gorgia corpora hominum formosa robustaq; efficere. idẽ Plato adeo gymnasticam probauit: vt libro de republica quito fœminas gymnastica exercẽdas esse censuerit: qui libro septimo de legibus gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet: eamq; diuidit in saltationem & luctationem. prisci pentathlon nominauerunt Genus exercitationis his quinq; artibus cõstans. iactu disci. cursu. saltu. iaculatione. & luctatione: id latini quinquertium vocant: Vnde athletæ ipsi quinquertiones dicti pancratiastem quoq; appellauerunt eum: qui in omni gymnastica exercitatõne pugnaret & vinceret: & pãcratium dixerunt ipsum multiforme certamen de quo ita propertius.

Plato probat gymnasticam. Pẽtathlon quinquertium. Pancratiastes Pancratiũ

Et patitur duro vulnera pancratio.

Pancratii meminit iurisconsultus titulo ad legem aquiliam his verbis Si quis in colluctatione vel in pancratio vel pugile: dum inter se exercentur alius alium occiderit. quo in loco mera deliramenta vigilãs sõniauit accursius De pãcratio copiosius fusiusq; a nobis scriptum est in commentariis propertianis.

Ergo igitur ad bona corporis custodienda vtemur exercitatione: quæ vt ait Cornelius Celsus prima corporis curatio est: debetq; semper antecedere cibum in eo qui bene concoxit amplior: in eo qui minus concoxit remissior. Valitudinem quoq; durabilem præstat ipsa frugalitas & victus parsimonia: Simplex enim cibus homini vtilissimus: Econtrario aceruatio saporum pestifera & condimenta perniciosiora. Hippocrates in libro de flatibus malam dietam vocat: quæ confit ex pluribus cibariis multiformiq; alimonia: Nam vt inquit decenter & fruga-

Simplex cibus salu berrimu

— liter Oratius.
Simul assis
Miscueris elixa: simul conchilia turdis:
Dulcia se in bilem vertent: stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita.

Verſ⁹ memoria digni.

Bona fortunæ

Scitu dignum de fortuna.

An fortunæ bona felicem faciant.

Bona externa: quæ vocant: vt sunt diuitiæ/ & honores: quæ vitam beatissimam perficere existimantur: in manu sunt ac potestate fortunę hæc toto mundo: vt inquit eleganter Plinius & locis omnibus omnibusq; horis omnium vocibus sola inuocatur & vna nominatur: vna accusatur: vna agitur rea: vna cogitatur: sola laudatur: sola arguitur: & cum conuitiis colitur: volubilisq; a plerisq;: & cęca etiam existimatur: Vaga: incōstans: incerta: varia: indignorūq; fautrix: huic omia expēsa: huic oia ferunt accepta: & tota ratiōe mortaliū sola vtrāq; paginā facit Hanc fortunam deam: qua renuente nihil secundum mortalibus contingere potest: Vario ritu multiiugis nominibus tot⁹ veneratur orbis Alii Rhannusiam alii nemesim: Nortiam alii: Sortem alii nuncupant: Tychen græcia omnis appellat.

Rhānusia

Nortia

Tiche

A fortuna fortunatos dicimus felices: quasi fortunæ alūmos aut filios: cui tantum tribuere veteres romani: vt sexcentis templis totidemq; cognomentis fortunam venerarentur: Nāq; romæ colebatur fortuna cognomēto primigenia. Viscata. Pusilla. Fortis. Masculā. Conuertēs. Bene sperans. Virgo barbata: Sicuti Plutarchus docet in probleumatis & in libro. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΥΧΗΣΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ id est de fortuna Romanorum: Hinc Theophrastus scripsit in suo Calistene. Vitam regit fortuna non sapientia. Plautus quoq; ficait in pseudolo: Centum doctorum hominum consilia hæc deuincit dea fortuna: atq; hoc verum est: perinde vt quisq; fortuna vtitur: ita prœcellet atq; exinde sapere eũ omnes dicimus. Magnam inquit Marcus Tullius esse fortunę vim in vtranq; partem quis nesciat: Nam & cum prospero flatu eius vtimur ad exitus peruenientes optatos: & cum reflauerit affligimur. Simulachrum fortunæ cum copia & gubernaculo deformant. Vt auctor est Lactantius libro tertio diuinarum institutionum: tanquam: & hæc opes tribuat. & humanarum rerum regimen obtineat: cui opinioni Virgilius quoq; subscribit: qui fortunam omnipotentem vocat: & Salustius Crispus cum ait: profecto fortuna in omni re dominatur. hæc dea vt inquit Oratius pollens est. vel imo tollere de gradu mortale corpus. Vel superbos vertere funeribus triumphos. & vt ait Ouidius.

Noia fortunæ cum pluria. Plutarch⁹ de fortuna

Simulachrū fortunæ. Lactanti⁹.

Nempe dat & quodcunq; libet fortuna rapitq;.
Tanta deniq; est vis atq; potentia fortunę vt ei locū in cælo quoq; fecerint: q̄uis enim ab horoscopo loc⁹ appellat bona fortuna vt docet Iulius firmicus in secundo matheseos: græco vocabulo: Agathotychen nuncupant: quę maxima societate cū horoscopo iungitur: quia de trigono ab horoscopo videt: sextus vero locus mala fortūa nominatur: quia nulla cum horoscopo societate coniungitur.

Agatho tyche
Mala fortuna

Ergo igitur cū sint tria genera bonorū: Animi: corporis: atq; fortunæ: Hæc vt ait Aristoteles in septimo politicorū oportet adesse felici: Felicitas eni & vita beata cumulat ex cumulo plenitudineq; istorū bonorum q̄ q̄to fuerint cumulatiora: tanto fiet hō beatior: et ita erit vita beata beatior beatissima secundū academicos: Stoici vero hos gradus excludunt: apud quos nihil est rectius recto. nihil beatius beato. Bona autem animi haud dubie censemus reliquis anteponenda: ,pbamus libram illā Critolai: q̄ cum in alterā lancē animi bona imponat in alterā corporis & externa: tantum propendere illam bonorum animi lancē putat: vt terram & maria deprimat.

Lībra critolai.

Supereſt vt veſtigemus exēplis an in vllo mortaliū cumulata fuerit simul hæc oia bona: vt merito felix & eē & dici meruerit. Lucius metellus pontifex. Consul. dictator. magister equitū: q̄ primus elephantos primo bello punico duxit in triumphū: decē maximas res optimasq; cōsūmasse fertur: Fuit enim primarius bellator. optimus orator. fortissimus imperator: Auspicio suo maximas res geri voluit/ maxio honore vti summa sapientia esse/ sūmus senator haberi/ pecuniā magnā bono modo inuenire/ multos liberos relinquere/ & darissimus in ciuitate esse. Sed q̄uis hæc omnia illi vni contigerint nec vlli alii post vrbē conditam: felix tñ dici non debet: siquidē is Metellus orbā luminibus exegit senectam amissis incendio: cū Palladiū raperet ex templo deæ vestæ. Huius quoq; nepos inter rara felicitatis humanæ exēpla numeratur: Nā pręter honores amplissimos cognomen quoq; macedonici a quattuor filiis illatus est rogo: vno ptore: trib⁹ consularibus: duob⁹ triūphalibus: vno cēsorio: quæ singula paucis contigere. Vnde a. M. Tullio dictum est. veluti prouerbialiter: Metelli sperat sibi quisq; fortunam. Sed quis hūc iure felicē dixerit: cū periclitatus sit ad libidinem inimici Catinii Labeonis tri. pl. a quo in ipso dignitatis suę flore ad tarpeium saxum raptus est vt pcipitaretur: fauciibusq; intortis & expresso per os sanguine ægre alterius tribuni ictercessione a limine ipso mortis reuocatus: Alieno beneficio postea vixit.

Exēpla felicū ſignia

Felicitas metelli

Infortunium Metelli
Alteri⁹ metelli ,pſperitas
Calamitas metelli

Diuū quoq; Augustū vniuersa mortalitas i hac felicitatis cēsura nūcupat: q̄ cū Caiū ex filia nepotē i armeniā mitteret: optabat a diis immorta

An augustus felix

libus: vt illum Pompeii beniuolentia: Alexandri magni audacia & sua ipsius fortuna fublequereť. Sed si diligenter estimetur cuncta nō paucio ra infortunitatis: q̄ beatitatis documeta in eo reperienť: Inter q̄ cū primis numerari possunt hęc: Repulsa in magisterio equitū apud auūcu lum Cæsarē. triduana ęgroti latebra in palude philippēsi prelio. Et vt fateně Agrippa & Mecenas aqua subter cutē fusa turgida-latera. Naufragia sicula. Ruinæ pontis. tot seditiones militū. tot ancipites morbi corporis. Vulgatissima Iuliarū filiæ neptisq; adulteria aliaq; non pauca infortunia: Ex quibus fit vt infelix quidē dici nō debeat/ felix tamen esse non possit.

In hac felicitatis reputatione subit inclytū Cresi Lydorū regis exemplum: qui cū thesauris opibusq; luculentissimus: & oibus fortunę bonis exuberaret/ se oim mortalium beatissimū esse existimabat. ad quē cū peruenisset Solon athenien'sis vnus ex septē Græciæ sapientib⁹: hospitaliterq; in regiā exceptus/ iussu cresi a ministris circunductus ē circa thesauros oiaq; quæ mortales perinde ac beatissima admiranť: Post hęc Crelus Solonē scisciatur ecquē viderit iam oim beatissimū sperās videlicet se inter hoies beatissimū esse ista percontabať. tunc Solon vt pote philosophus ab omni assentatione seqstratus respōdit se vidisse beatissimū Tellū athenien'sem: quod illi in patria bene instituta filii erāt honesti & boni: eorūq; singulis liberi: hiq; oēs superstites: Et cuz hoc vitæ: quātū in nobis situ est: bene traduxisset: obitus splēdidissim⁹ cō tigerat: siquidē pliouiriliter dimicans hoste in fugā verso pulcherrimā oppetierat mortē: quē athenien'ses in eo quo occubuerat loco publice humauerūt magnificeq; honorauerūt. Iterū Crelus interrogat quēnā secūdū a Tello vidisset putans haud dubie secūdas se beatitatis partes esse laturū. tunc Solon Cleobē inqt & Bithonē beatissimos vidi: quib⁹ genus argiuū erat & victus suppeditabat. ad hęc corporis robur excellens: vt in certaminibus pariter ābo victores extiterit: pietate quoq; in matrē memorabiles: Nā cū dies festus Iunonis apud argiuos eet: oportereteq; oino matrē eorū vtpote sacerdotem ad solēne & statutū sacrificium curru vehi ab oppido ad fanū stadia circiter quinq; ac quadraginta. morarēturq; iumeta: tūc iuuenes hi iugū subeūtes boum vice plaustrum pertraxerūt: & ita mater sacerdos aduecta ad delebrū iunonis ē curru a filiis ducto: q̄precata deā dicitur: vt Cleobi et Bithoni filiis suis daret id quod optimū homini dari posset a deo: post hanc p̄catōnem vbi sacrificauerūt epulati cū matre somno se dederūt: nec ā plius fūt excitati: sed in ipso delubro quiescentes mane inuenti sunt mortui: quoz statuas tanq; virorū: q optimi extitissent: Argiui apud delphos collocarūt & his quidem Solon secundas beatitudinis partes tribuebat: ex

Exemplū Cresi & Solonis:

Tellus beatissimus

Cleobis Bithon in numero beatorum

Iumētorū vicarii.

Mors cleobis & Bithonis

quo Crefus conturbatus inquit o hofpes athenienfis a deo ne tibi, p nichilo contẽnitur noſtra felicitas: vt ne priuatis quidẽ viris nos ęqparãdos ducas: tunc Solon neminẽ ante obitũ appellandũ eſſe beatũ gra-

Nemo beatus añ obitum

uiter ac copioſe eſſe diſſeruit. aſſeruitq; hoiem eſſe calamitoſum: Cum nullus humanæ vitæ dies rẽ prorſus talẽ qualẽ alius afferat: & in diurno tempore multa videanť: q̃ nemo vellet videre: & multa tolerenť: q̃ nolit quiſpiã tolerare. Sententia Solonis fuiſſe veriſſimã ipſius Creſi exitus comprobauit: q; haud ita multo poſt magno imperio ſpoliat⁹

creſus exutus regno & captus

& a Cyro capt⁹/ ſuper ingentẽ pyrã impoſit⁹/ vinctus cõpedibus ẽ: vt viuus cõcremareť: Cui in tanta calamitate poſito veniſſe in mẽtẽ Solonis ferunt: quod ſibi ab eo olim dictũ foret/ ex viuentibus beatum eſſe neminẽ: tunc Creſus ingemiſcens ter ſolonem nominaſſe ſublatiſſima voce proditur. Admiratus ob hoc Cyrus iuſſit interpretes percũctari: quiſnã hominum aut deorum is eſſet Solon: quẽ in dubiis caſibus ſolum imploraret: At creſus nihil diſſimulans cũcta: q̃ a Solone audiuerat renarrauit: qui vbi ad Cyrũ perlata ſunt: tũc rex ille vtpote q ſapientior eſſet q̃ Creſus: & Solonis oraculum ex pręſentibus exẽplis cõprobatum eſſe conſpiceret: non ſolum creſum miſſum fecit: ſed ſummo ẽt honore quoad vixit apud ſe habuit: ex quo viſus eſt Solõ eadẽ oõne alterum ſeruaſſe ex regibus/ Alterum cautiorem prudentioremq; reddidiſſe. Auctores Herodotus/ Plutarchus. M. Cicero. & cęteri ob hoc dixit poęta ſatyricus.

Et Creſum: quem vox iuſti facunda Solonis

Iuuenalis: Ouidius

Reſpicere extremæ iuſſit ſpacia vltima vitę.

Hinc exiit illud Naſonis:

Sed ſcilicet vltima ſemp Expectanda dies homini eſt: dicique beatus.
Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet.

Ariſtoteles tñ huic Solonis ſententię alacriter reclamat ac refragať: qui ait in primo ethicorũ. beatos dici viuẽtes: cũ felicitas operatio ſit.

Nemo felix.

Cæterũ ſiverũ facere iudicium volumus ac repudiata omni fortũæ ambitione decernere: mortaliũ nemo eſt felix: Abunde igiť atq; indulgenter fortuna deciditur cum eo: qui iure dici non infelix poteſt. qppe vt omnia bona affatim ſuggerantur certe ne laſſeſcat fortuna metus eſt quo ſemel receptо ſolida felicitas eſſe non poteſt: meritoq; Chryſipp⁹ laudare ſolebat Euripideum carmen illud.

Carmen Euripidis.

Nemo mortalis eſt: quem non attingat dolor morbuſq;.

Et vt inqt veriſſime Plini⁹: q̃ multos accepta affixere impia: q̃ multos bona perdidere & vltimis merſere ſupplicijs: Ita ẽ, pfecto. alios de alio iudicat dies: & tñ ſupremus de oĩbus: ideoq; nulli credẽdũ ẽ. qd qd' incertum ac fragile eſt hoc munus naturæ: quicquid datur nobis. qd qd'

extimatione nocturnæ quietis dimidio quisq; spatio vitæ suæ viuit: pars æqua morti similis exigitur. Nec reputantur infantiæ anni: qui sensu carẽt: nec senectę i pœnã viuacis. Adde tot periculorum genera. tot morbos. tot metus. tot curas. totiens inuocatam mortem: vt nullũ frequentius sit votũ: Natura vero nihil hominibus breuitate vitæ præstitit melius: hebescunt senio sensus: mẽbra torquent: ẽmoritur visus/ auditus/ incessus/ dentes etiã/ ac ciborum instrumenta labascũt. Et tamẽ vitæ hoc tẽpus annumeratur. ergo pro miraculo Et id solitariũ reperitur exemplum: Xenophilũ musicũ centũ & quinq; annis vixisse sine vllo corporis incõmodo: Itaq; censeo optandũ esse orandũq; ab vltra mundano deo: vt quoniã nemo mortalium felix est: ita nos foueat ne infelices dici iure possimus.

Hebetant senio sens⁹ Xenophilus sanissimus.

Sed iã complicanda sunt vela: ac inhibendi remi: & receptui canendum est. Audistis pauca quæ dã Viri splendidissimi opinor non ingrata super felicitate. plura scio dici potuisse & copiosius & eleganti⁹: sed parcendum fuit aurium fastidio: In hac enarratione monstrauim⁹ inter cętera quosdam sensisse illos esse felices: qui ocio rusticano fruerent quocirca: vt ex aliqua pte participes huiusce felicitatis efficiamur: Enarrabimus publico gymnasio Virgilium & Columellã duos agricolationis conditores luculentissimos: Alterũ versu: Alterũ pedestri oratiõe rem rusticam eleganter & graphice explicãtes: Nos vero pro viribus parte dabimus operã vt lectiones nostræ dapibus rusticanis/ & vrbanis iuxta conditæ: hoc est vtilitate & voluptate saturos reddant auditores. Videor meo iure institutoq; prope solẽni factur⁹: si orationẽ versiculis clausero.

Distichon ad auditores extemporaliter effusum.

Felix cui constant bona corporis & bona mentis
Nec non fortunæ munera parca deæ.

Endecasyllabon ad Illustrissimum Ioannem Bentiuolum.

Felix o nimis et beate princeps.
Cuius præsidio est beata felix
Pollens Felsina: nos sumus quieti.
Hoc pro te superos libens precabor:
Vt donent tibi nestoris senectam:
Augusti decus: & uicem metelli.
Sit natis quoq; fausta parentis:
Pro me hoc debeo te rogare princeps
Vt molli foueas pium clientem
Afflatu niueæ beatitatis.

Eiusdem endecasyllabū ad Germaniam

O Germania muneris repertrix:
Quo nil vtilius dedit vetustas:
Libros scribere quæ doces premendo.
Felix frugibus: inclyta et metallis.
Et diues pecoris: feraxq; gemmæ.
Quod glessum vocitant tui parentes:
Electrum attica: Succinum latini.
Pollens principibus: potens virorum:
Qui glaucis oculis Comaq; flaua:
Grandes corpore: spiritu feroces:
Septi robore: prodigioq; vitæ
Hostes aggrediuntur & lacessunt.
O germania glorioſa salue:
Tu vasa ex oricalcho: & apparatum
Mensarum nitidum ære: machinasq;
Ad nos belligeras subinde mittis.
Abs te turba venit scholasticorum:
Hoc qui gymnasium excolunt opimant:
Iam doctum & latialiter sonantes
Tris nuper quoq; regulos badenses
Lautos magnificos probos dedisti.
Inter quos Iacobus enitescit:
Lingua dexteritate comitate
Cultu: mundicijs: nitore. victu.
Clarus. munificus. potens. disertus.
Splendorq; & columen scholasticorum.
At Germania præpotens alumnos
Ad nos consimiles subinde mitte.

FINIS.

Impressum est tersius opera Thielmāni kerver in indyto parrhisiorum gymnasio. v. calendas aprilis Anni millesimi quingentesimi.